

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Cursus studiorum monasticorum, sive series sublimium disciplinarium - Cod. Ettenheim-Münster 99-110

Exertationes philosophicae, ad varia phil. partium capita accomodatae -
Ettenheim-Münste 105

Cartier, Gallus

[S.l.], [18. Jahrh.]

Exercitatio VI.

[urn:nbn:de:bsz:31-110983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110983)

Resp. neg. maj. Non enim aliunde provenit; si enim vinum nondum sit defecatum retinet adhuc aliquas particulas seminales et spirituosas botrorum, adeoque dum caelestes influentiae habent vim alterandi botros, habent quoque eandem vim alterandi illas particulas, quae in vino sunt Superstites, p.

Ob. 4^o. Sol producit aurum in visceribus terrae. atquis id non potest fieri nisi per actionem in distans. Ergo, p.

Resp. neg. maj. Aurum quippe, ut potè materia elementaris est improducibile ab alio aliquo, nisi a solo Deo, qui illud creavit et produxit cum caelo et terra p. prout alibi diximus.

Ob. 5^o. Magnes ad se ferrum trahit: Bulvis Sympathicus ad 84. aliquam illamque interdum amplam vulnere sanat. atquis hoc fieri haud aliter intelligi potest, quam per actionem in distans. Ergo, p.

Resp. neg. min. enim verò haec omnia non nisi per virtutem intermediam, quae consistit in quibusdam Substantialibus profluvis à Magnete et pulvere Sympathico emissis consistit; prout in physica explicavimus.

Exercitatio Sexta

85.

Ad Cap. 3. part. 2. Metaphysices 8. i.

n. 136. et sequent.

De Mente humana.

Conclusio 1^a. Mens seu Anima humana bene definitur quod sit Substantia quaedam Spiritalis et cogitans ad imaginem et similitudinem Dei creata et corpori destinata, ei que regendo accommodata et Substantialiter unita.

Optimam esse hanc humanae mentis seu animae rationalis definitionem patet ex eo, quod regulas bonae definitionis in ea accuratè observari facile quis deprehendit. Nam Mens humana dicitur 1^o Substantia, quae est nota generica Mentibus aliis, quae humana non sunt, aequè ac corporibus, quae vulgatenus Mentem dici possunt, communis. Certè Mentem humanam esse Substantiam omnes Philosophi admittunt, qui per nomen Substantia intelligunt id, quod est Subjectum quarundam proprietatum aut modorum: cum verò Mens humana sit primum Subjectum omnium cogitationum et sensationum, quae in nobis reperiuntur, necessariò debet dici et esse Substantia.

Dicitur 2^o Spiritalis, p. quae ratione Differentia subeunt. Mens humana igitur est Spiritalis, id est ab omni materia seu corpore secreta et distincta: est cogitans, id est, percipiens, intelligens, volens, dubitans, appetens, sentiens, p. enim verò cogitationis nomine intelligi-

3
 417
 7 idem sit, ac di-
 cere eam esse
 cogitantem seu
 cogitationis
 participem.

tur Sensus interior et conscientia, per quam certi sumus co-
 rum omnium, quae agimus, aut patimur; adeo, ut di-
 cere, quod in ipsa sit conscientia omnium cogitationum,
 voluntatum, appetituum, sensationum seu motuum et
 mutationum, quae in corpore, cui à Deo Creatore suo alli-
 gata est, fiunt, et in ipsa reperiantur, 4. Est ad
 imaginem et similitudinem Dei creata: non enim alia
 ratione Deo similes dicimus, et ad ipsius imaginem creati,
 nisi quia animam rationalem seu mentem nobis concepsit,
 quae ipsius cognoscendi et amandi capaces et idonei effi-
 cinur. Est denique corpori destinata, sique regendo
 accommodata, et substantialiter unita; per qua differt
 à Mente Angelicâ; haec enim nudi corpori ex se, illique
 regendo, informando, et animando destinata est, quem-
 admodum Mens humana eidem destinata dicitur et re
 ipsa est.

Ex hac Mentis humanae Definitione, necnon ex ejus-
 dem Definitionis explicatione sequitur: 1^o Mentem hanc
 humanam esse omnino à corpore distinctam, atque pro-
 priè Spiritalem et immaterialem. 2^o Nullam cogi-
 tationem, sive ea sit rerum à materia abstractarum, seu
 reflexa et libera voluntatis operatio; sive sit rerum ma-
 terialium et corporalium, seu sensatio, posse esse à materia.
 3^o Mentem humanam semper cogitare, adeoque cogita-
 tionem actualem esse de ejus essentia. Circa quae omnia
 sequentes ponuntur Conclusiones.

86. Conclusio 2^a. Mens seu anima humana à corpore
 distinguitur; adeoque est Spiritalis et immaterialis.

Prob. Idea Mentis seu animae humanae nihil commu-
 ne habet cum Idea corporis, et una sine altera clarè
 et distinctè conipi potest, unaque aliam positivè ex-
 cludit. Ergo Mens seu anima humana est Substantia
 à corpore verè et realiter distincta. Prob. ant. Rei
 corporis natura in extensione seu in tribus dimensionibus,
 longitudine scilicet, latitudine et profunditate, p. consis-
 tit, prout alibi jam à nobis dictum est; è contra natura
 Mentis sita est in cogitatione, seu in perceptione, voli-
 tione, p. Atqui haec omnia citrà omnem extensionis ide-
 am intelliguntur, nihilque cum eâ habent affinitatis; nam
 corpus quantumvis moveatur, figuratur, dividatur et extenuetur,

est solutus a corpore & non dicitur, Dicitur autem Dicitur esse
 natura in intentione sua tribus dimensionibus, longitudo, latitudo, & altitudo, & quia haec
 sunt, haec tamen sunt proprietates, permanentes, propter alios dicitur
 esse, & contra naturam eorum, haec tamen sunt, cogitationes per
 hominum resolutionem, & quia haec omnes dicitur, & tamen
 dicitur, & quia haec omnes dicitur, & tamen dicitur, & quia
 nunquam tamen cogitationis, in eam nobis ingeret; imo positive
 illam excludit. Ergo p. vid. Metaph. loc. cit. n. 138.

Conclusio 3^a Nulla cogitatio sive sit rerum à materia abs- 87.
 tractarum; sive sit reflexa, sive sit libera; sive denique sit re-
 rum materialium, seu sensatis; nequit esse à materia seu corpo-
 re. Haec conclusio sequitur ex priori, suntque quatuor eius par-
 tes.

Prob. 1^a pars. Inefragabili constat experientia, quod Mens
 nostra intelligat res, quae nullam habent cum rebus materiali-
 bus affinitatem, puta unitatem, bonitatem, pulchritudinem, et
 caetera Dei attributa; deinde aequitatis et iustitiae regulas, tem-
 porum seriem et discrimina, p. Ergo Spiritus sit, necesse est et
 non materia, utpotè qua ad ea, quae extra sphaeram ipsius sunt
 posita, se extendere nequit. Et verò quis adeò insana men-
 tis esse poterit, ut exiguae v.g. pulveris portioni tantam vim tribu-
 ere audeat, ut colorum motus metiatur, diarum noctiumque
 vicissitudines, temporum quoque periodos certò calculò into defi-
 niat; haec quippe omnia nobilibus arguunt principium, quam un-
 dam crassamque materiam, quocumque motu aut figurà sit do-
 nata. Ergo p.

Prob. 2^a pars. Cogitatio reflexa ea est, quae cogitationis nos-
 tra seu cognitionis nobis consui sumus. Atqui talis cogitatio
 seu cognitio nequit esse à materia. Ergo p. Prob. 1^{um}. Per
 illam cogitationem cognoscimus nos non esse materiam seu
 corpus. Ergo nequit esse à materia. Prob. ant. Dum e.g.
 mutationum, quae in nostro corpore fiunt, nobis consui su-
 mus, nos ipsos distinguimus ab istis corporibus, quae istam mu-
 tationem evitaverunt. Ergo eo ipso, quod nos ipsos ab illis dis-
 tinguamus, relationem inter illa et nos institimus, sicque
 cognoscimus nos non esse illa corpora.

Confirm. Dum mutationum, quae in nostro corpore fiunt,
 consui nos ipsos ab illis corporibus, quae mutationem hanc evi-
 taverunt, distinguimus, talem actum edimus, qui in nullo
 corpore produci potest. Ergo nec à materia seu corpore esse po-
 test. Prob. ant. Quicquid in corpore seu materia contingit,
 fit per motum. Atqui quomodocumque corpus ejusque partes
 moveantur, disponentur, transponentur, demantur vel ablan-
 tur, nunquam tamen inter corpora eorumque partes resulta-
 bit actus, quo unum corpus se ab alio distinguat, ac sibi met-
 ipsi consuium sit. Ergo quidpiam incorporum et immateriale
 est in nobis, quod sibi consuium sit; proinde cogitatio seu cogi-
 tio reflexa nequit esse à materia seu corpore.

Prob. 3^a pars. Experiētia certum habemus ab animā seu men-
te humanā proficisci operationes liberas, voluntarias & delibe-
ratas. Atque hujusmodi operationes à materia ori non pos-
sunt. Ergo p. Prob. min. Sicut v. g. automa aliquod undequaque
perfectissimum, ut etiam voces articulatas edat, adhuc ta-
men motus illius erunt necessarij, ut potè ad materia disposi-
tionem consequentes; prorsusque indeliberati. Ergo p.

Prob. 4^a pars 1^o. Omnis perceptio est rei extra nos seu percep-
tionem nostram posita representatio. De perceptione rei ma-
terialis loquimur. Atque pura massa materialis, utunque or-
ganizata talis representationis capax non est, ut val in car-
davere hominis mortui patet. Ergo Spiritus est, qui in no-
bis etiam res materiales percipit; non quidem solus, sed ad-
miniculo organorum corporis, à quibus occasionem hujus per-
ceptionis habet. hunc vero Spiritum animam seu mentem
appellamus, p.

Prob. 2^o. Si materia est capax perceptionis; tunc vel
minima ejus partes à se se mutuo separatae percipiunt,
vel compositum duntaxat ex eis resultans. neutrum po-
test dici: non primum; neminem quippe arbitramur
ades amicum fore atomis, ut earum cuilibet intellectum
seu intelligentiam affigat; quis enim credat, exiguum, que
fiagi potest, materia particulam perceptione et sensu dona-
tam esse. Neque secundum dici potest: si enim totum so-
lummodo ex his minutissimis particulis constans sensu ac-
ceptione imbutum est; qua ratione fieri potest, ut
ex insensibilibus aliquod, quod percipiat ac sentiat, exor-
gat et oriatur? quo artificioso in variā atomorum hujusmo-
di coitione, qua omnis sensus et perceptionis sunt expertes, ali-
quod cogitans, videns, audiens, sentiens, p. exurge valeat, neu-
tquam capere valeamus. Ergo p.

88. Conclusio 4^a. Mens humana semper cogitat; proinde cogita-
tio actualis est de ejus essentia.

Prob. 1^o. Implicat ut mens humana semper non cogitet. Er-
go p. Prob. ant. Cogitatio est vita animae. Ergo implicat, ut
quandiu existit, non cogitet; alioquin sequeretur eam vivere
simul et non vivere, existere simul et non existere, p. proin-
de actualis cogitatio est de essentia mentis seu animae huma-
nae.

Prob. 2^o. Nihil in mente seu animā humanā potest concipi
prater cogitationem; est enim res seu Substantia cogitans.
Ergo p. Prob. ant. Si cogitationem à mente seu animā
auferas, nihil in ea positivi et absoluti remanebit. Ergo p.

Prob. 3^o. Sicut dari non potest corpus, quod extensum non
sit, hoc est, quod non habeat actualem extensionem, pro-
ut in Physicā demonstramus; eodem modo oportet, ut mens
humana aliquam habeat cogitationem actualem. Ergo p.
Igitur Mens seu animā humana secundum varias cogitatio-
num suarum modificationes modo est intelligens, modo volens,
modo sentiens, p. Vid. etiam Metaph. loc. ut n. 143.

Solventur Objectiones*

Ob. 1^o contra 2^{am} Conclusionem. Cogitatio et extensio possunt esse duo Substantia corporea modi; sicut esse Medicum et Musicum sunt duo hominis modi. Ergo p.

Resp. negant. Nam si cogitatio esset modus quidem Substantia corporea nunquam profecto idea cogitationis observaretur per adiunctam ideam extensionis seu corporis; experientia autem habens ideam cogitationis observari solet per ideam extensionis seu corporis; tuncque nobis evidentior ac pluriorem esse cogitationis nostrae ideam, quae magis omne corporis phantasma a nobis abest.

Iust. Idea Medici ac idea Musici sunt diversa, ac se se mutuo excludunt. Atqui tamen idem homo potest esse Medicus et Musicus. Ergo a pari p.

Resp. Dist. maj. Idea Medici et idea Musici se se mutuo excludunt exclusione negativa et incompleta, conc. exclusionem positivam et completam, neg. maj. Idea quidem Musici excludit negativam ideam Medici, id est, eam prae se in se non includit, ac saltem incompletam potest ab ea praeiudici; sed idea Musici, non excludit positivam ideam Medici, nec ab ipso potest complete separari, quia utraque includit mentem, cui inest musica et medicina scientia: at verò idea extensionis secundum se totam removet ideam cogitationis, et proinde ambae ejusdem rei modi esse non possunt.

Ob. 2^o. Dantur in nobis re vera ideae, quae simul cogitationem et extensionem involvunt, ut sunt idea doloris, coloris, aliaque sensuum ideae, quae sine extensione aut corpore percipi non possunt. Ergo et Mens, quae illas ideas percipit esse potest simul cogitans et extensa.

Resp. neg. cons. Inanis huiusmodi idea involvant cogitationem simul et extensionem, non tamen sequitur, quod cogitatio re et essentia unum sit cum extensione, sed solum compositione, sic, ut cogitatio et extensio, seu Substantia cogitans et extensa unum compositum constituent, quatenus in eo variae cogitationes et extensionis modificationes reperiantur, quae simul atque uno actu per sensus et etiam ab imaginatione attinguntur. Et sane si res accurata perpendatur, apparebit illas sensuum ac imaginationis ideas, in quibus extensio cum perceptione connectitur, nihil aliud nobis exhibere, quam quod cogitatio et extensio simul existant, seu quod ea mente et corpore compositi sint; adeo ut haec duo nullatenus sibi opponantur, licet, quod iudicium de rebus illis sequatur ideas, quas sensu percipimus, ipsaque sit conformis, et tamen rei cogitantis natura sit omnimode à natura rei extensa distincta.

Ob. 3^o. Ideo Mens à corpore distincta dicitur, quia diversum ab eo habet conceptum. atqui haec ratio nulla est. Ergo p. Prob. min. Iustitia et Misericordia Dei e.g. habent diversos conceptus, et tamen, prout Theologi omnes teneant, ambae Deo conveniunt, atque idem sunt. Item Motus et figura, aliisque similes rei extensa modi, habent etiam diversos conceptus, et tamen reperiantur in eodem Subjecto, nempe

* Sequentes Objectiones omnes eo colliguntur, ut mentem humanam materiales seu corporeas esse evincant, p. Unde ad primam conclusionem aqua ac ad ceteras reduci possunt, p.

90

91

... in ...
... non ...
... de ...
... in ...
... per ...
... re ...
... que ...
... in ...
... in ...
... vel ...
... in ...
... tem ...
... que ...
... n ...
... at ...
... ut ...
... ab ...
... cogita ...
... tet ...
... at ...
... ivore ...
... poin ...
... a ...
... t ...
... cogitatio ...
... m ...
... t ...
... cogitatio ...
... v ...
... 3 ...

ia corpore. Ergo ex eo, quod conceptus rei cogitantis sit distinctus à conceptu rei extensa, non sequitur, quin possint uni et eadem menti convenire, p.

Resp. dist. maj. primi arg. Deus mens à corpore distincta dicitur, quia habet conceptum ab eo diversum realiter et completè inadequate, con. Quia habet conceptum ab eo diversum per abstractionem intellectus tantum et inadequate, neg. maj. p. Justitia et Misericordia Dei in Deo non ut dua res completa concipiuntur; Justitia enim sine Justo intelligi non potest, sicut nec Misericordia sine Misericorde, ac proutdè cum nominis modaliter distinguantur, possunt esse in uno Deo. At intelligimus corpus seu substantiam materiale completè esse extensam, partibilem, figuratam, p. cum exclusione omnium eorum, quae Menti competunt: et è contra intelligimus Mentem esse substantiam completam, quae perit, quae vult, quae dubitat, et si ab ea commoveantur omnia, quae ad corporis naturam pertinent: et sic cogitatio et extensio sunt incompatibiles, id est, non possunt simul stare, seu esse in eodem subjecto. Similiter figura et motus non

possunt concipi nisi in materia extensa; nam sicuti motus recipitur in corpore habente figuram, ita non possumus intelligere figuram nisi in materia apta ad figuram: magnum igitur est divisiō inter motum et figuram ac inter rem extensam et cogitantem; sublato enim omni subjecto mobili, nulla amplius nobis superest Idea figure aut motus, cum de ratione modi sit, ut, quamvis substantia sine illo concipi possit, non tamen modus sine illa. Quia igitur possumus rem cogitantem concipere, etiamsi nullum esset corpus in rerum natura, res cogitans realiter distinguitur à subjecto extenso, ac per consequens est spiritualis et immaterialis.

92. Ob. 4. Contra 3iam Concl. Quisquis in se ipso experitur, caput ferrere, omnesque cerebri partes consenti et commoveri, dum levis cogitationibus plus aequo occupatur. Atqui id non fieret, si cogitatio materia opus non esset, et ab ejus partium motu non proficeretur. Ergo p.

Resp. neg. min. Nam hi locales motus tantum commovent Mentem, quamdiu corpori alligata est, à quibus ^{dam} corporis motibus interdum pendere; non quod in illis vis percipiendi seu perceptio ipsa consistat, sed in cognitione intentà mentis, quam per nosmet ipsos immediate percipimus, cum eorum, quae agimus, aut quae in nobis fiunt, consui sumus, prout in Conclusionem demonstravimus.

93. Ob. 5. Observamus, quod laeso cerebro anima seu mens in suis functionibus etiam mere spiritualibus, ut in intelligentia, volitione ac rationatione perturbatur. Ergo signum est, quod ~~est~~ à materia motu proveniant cogitationes.

Resp. neg. cons. Animam seu Mentem cerebro laeso adhuc intelligere, velle, suaeque cogitationis consui esse, omnes fatari debent. Equidem in rationatione eam perturbari visum non est; cum enim rationatio seu rationis usus, quamdiu anima seu mens corpori conjuncta est, maxime supponat memoriam, recordationem et imaginationem, ut nemo negat, quae cerebri integritatem omnino postulant; inde fit, ut mens seu anima cerebro seu hinc facultatibus laesa, nec prout oportet, spirituum animalium seu vitalium per cerebri anfractus perturbato et inverso ordine discurrant.

ope eam afficere valentibus, non recte rationari possit; sed potius quod homo non recte rationetur.

Ob. 6^o. In Catalepticis, qui omni motu carent, mens seu anima omnino est sine operatione. Ergo cogitatio seu operatio mentis seu anima est materia opus, et ab eius partium motu proficitur. 95.94

Resp. neg. ant. Nam licet exterioris eius operationes non appareant, cogitat tamen, intelligit, et vult; alias omnino nulla ibi amplius esset anima; imo etiam nonnunquam huiusmodi cataleptici interuorum sensuum usum habent, prout experientia constat; inuenti enim fuerunt, qui cedente morbo et ad se, ut ajunt, reversi, testificati sint, se in his deliquis perfecte intellectionem, volitionem, memoriam, p. habuisse, peccata sua detestatos fuisse, ab eis absolvi cupuisse, p. quamvis à circumstantibus id minime adverteretur.

Cccc 7
451

Ob. 7^o. Mens seu anima quoad principales suas operationes, v.g. ratiocinationem, pendet à corporis organis. Ergo habent et proficiuntur à materia p. 97.94 95.

Resp. dist. ant. Mens quoad principales suas operationes pendet à corporis organis tanquam à conditione requisita circa operationes materiales seu materiam respicientes, hocque pro statu conjunctionis illius cum corpore duntaxat, con. tanquam à principis et causa, neg. ant. et cons. Varii Organorum seu partium corporis motus in homine menti seu anima ipsius præbent occasionem duntaxat varias eliciendi cogitationes seu operationes merè tamen spirituales; hæc igitur occasionaliter tantum ab huiusmodi organorum motibus proveniunt, effectivè verò ab ipsa mente seu anima.

Inst. 1^o. Nulla datur operatio anima sine corporis ministerio; enimverò ne quidem universalia aut ea, quæ ex suapte natura sunt immaterialia intelligimus sine phantasmate. Ergo p.

Resp. neg. ant. Nam anima re verò res immateriales, et maxime se ipsam citrà phantasmatis auxilium cognoscit, utpotè quarum nulla species seu phantasma exprimi potest.

Inst. 2^o. Anima subiacet passionibus corporis, v.g. ira, &c. Ergo p.

Resp. dist. ant. Anima subiacet passionibus corporis, id est, hæc passiones seu motus inordinati in anima produciuntur ac subjective recipiuntur, neg. ant. Id est, ab eâ percipiuntur, con. ant. et neg. cons.

Excitatis quippe in corporis nostri organis quibusdam motibus, excitantur etiam in anima idea eis motibus conformes; idque ab conjunctionem anima cum corpore et ob pactum inter mentem humanam et corpus ejus à Deo sancitum.

Inst. 3^o. Anima patitur peritiam et Senium. Atqui hæc arguunt materiam. Ergo p.

Resp. dist. maj. Anima patitur p. ab extrinsecis et pro statu conjunctionis in defectu dispositionis corporis organorum, con. ab intrinsicis et vi sua entitatis, neg. maj. p. Enimverò hæc mutatio non oritur ex parte anima, sed corporis, cuius ope, quamdiu illi alligata est, varia operatur.

Ob. 8^o. Ideò aliqua entitas est spiritualis, quia est radix operationum spiritualium. Ergo etiam ideò aliqua est materialis, quia est radix operationum materialium. Subsum. Atqui mens humana est 95.96.

utis à con
manti
dicitur
quate, con
lectus ta
deci in
t. dicit
aj pond
Deo. Ut
efe cat
n corum
efe hab
etli ab
et hiepi
ul stare
tus non
cipitur
urum in
en inter
lullat
a figu
tantia
gitur
cognus
ca
caput
dum he
vati; li
tu non p
ant Men
tibus inter
tis ipse
- assunt
aut quod
iracundis
is in sui fu
ditione a
à mater
adhuc inte
eteri de
est; aut
seu mes
econatione
ritatem
abro seu
hian seu
nuntatione

radix operationum materialium, puta videndi, audiendi, p. Ergo p.
 Resp. neg. cons. Quia perfectius potest plus efficiere, quam imperfec-
 30 tius, et aliunde mens humana eminenter continet perfectiones
 formarum inferiorum. Ad Subrum. Dist. ant. Mens humana est
 radix operationum materialium, quae sunt tales ex parte objecti
 tantum, con. Ex se et in se, neg. ant. et cons. Visus autem et
 auditus, p. non sunt materiales operationes nisi ex parte objecti,
 quia circa sensibilia versantur, nam ex se et in se sunt vere
 spirituales, ac ex principio spiritali procedunt, nempe ex anima seu
 mente, licet mediantibus organis corporeis fiant.

Inst. Mens humana in suo fieri pendet à materia dispositio-
 ne; non enim produitur nisi posita organizatione corporis.
 Ergo est materialis, proinde confitatur à materia proficiscitur, p.

Resp. Dist. ant. Mens humana p. pendet à materia disposi-
 tione tanquam à conditione, quae existente Deus animam ex
 nihilo creat, con. tanquam à causa materiali vel formali
 eam constituenta, neg. ant. et cons.

97 ~~96~~ 99. Ob. 9. Vis sentiendi Spiritui attribui nequit. Ergo sola ma-
 teria sentit. Prob. ant. Omnis Spiritus operatur sua sponte.
 Atqui sensatio fit necessario. Ergo non est operatio Spiritus.

Resp. neg. ant. Ad ejus prob. neg. maj. Quia intellectus seu
 mens, quatenus percipit seu intelligit, necessario verum sibi pro-
 positum percipit et intelligit, nec in sua potestate est ea, quae sibi
 obijciuntur, non percipere.

Inst. 1. Quod sentit vivit, quidquid vivit nutritur, quidquid
 nutritur augetur, quidquid augetur habet suas partes, quidquid
 habet partes est corpus divisibile. Ergo si Mens sentit, sequitur
 etiam, quod sit corpus divisibile. Subs. Atqui Mens humana sen-
 tit. Ergo p.

Resp. Dist. 2. dum memb. ant. Quidquid vivit vitam aliunde acceptam
 seu communicatam nutritur, ut scilicet in eo statu conservetur,
 quod ab alio vivificari possit, con. Quidquid vivit propria et actus
 sua vitam nutritur, neg. ant. Taliter autem vivit anima, ipsa
 quae vivificat corpus, contentendo pro instrumento et merito sua
 operationis. Val abiter Dist. idem memb. Quidquid vivit vi-
 tam corpoream nutritur p. con. vitam spiritali, neg. Mens hu-
 mana vivit vitam spiritali, quae nec nutritur nec augetur, p.
 solum corpus nutritur et augetur. Unde ad Subrum. neg.
cons.

Inst. 2. Nullus Spiritus res materiales sentit. Ergo vel
 Mens humana non est spiritalis seu Spiritus, vel res materiales
 non sentit.

Resp. Dist. ant. Nullus Spiritus res materiales sentit imme-
 diate, quasi objectum materiale ipsam animam primario et
 proxime afficeret, con. Mediate, quatenus sibi et organis
 corporeis à corporibus externis motu illius mutationis consua
 efficitur, neg. ant.

98. ~~97~~ 99. Ob. 10. Cui competit circulatio sanguinis, illi et compe-

tit principium vite, et consequenter etiam facultas sentiendi.
Atque soli corpori competit circulatio sanguinis. Ergo p. Prob. maj.
Levit 17. dicitur: Anima omnis carnis in sanguine est. Ergo p.

Resp. neg. maj. Circulatio enim sanguinis non est principium vite, sed ejus signum duntaxat. Ad textum Levit. 17. Resp. cum S. Augustino lib. 2. cont. advers. Leg. et Prophet. c. 6. Dicitur est, inquit, anima carnis est sanguis, quomodo dicitur est, Petra est Christus, non quia hoc erat, sed quia significabatur.

Inst. Corpus re vera vivit. Ergo ipsi competit principium vite.
Prob. ant. Quidquid occidi potest, illud vivere necesse est. atque corpus occidi potest. Ergo p.

Resp. Dist. ant. Corpus re vera vivit vita corporea, id est nutritur, augetur, p. conc. vita spiritali, id est cogitat, p. neg. ant. Ad ejus prob. Dist. maj. Quidquid occidi potest illud vivere necesse est, id est vivificari debet ab alio, conc. id est, vita principium in se habere necesse est, neg. maj. p. In corpore vero et proprio dicta vita principium non reperitur, sed illud ab anima vivificatur, quatenus illud movet ac mediantibus illius organo ad extra operatur. diciturque occidi tunc, quatenus per inflicium vel minus v.g. ipsius organa redduntur inepta, quo minus ab anima vivificentur seu ei inserviant, ut per ea operatur.

Prima Dddd

453

Ob. 11. Sensatio non fit nisi cum corporis immutatione; ut v.g. in visione mutatur pupilla oculi. Ergo est passio pure materialis.

Resp. Dist. ant. Sensatio non fit p. inchoative, conc. consummative, neg. ant. p. Sensatio quidem incipit, cum externa objecta corporis sensoria movent, perficitur autem tunc, cum illius hanc mutationem seu motus percipit.

Ob. 12. Omnipotentia divina non repugnat corpus seu materia 100. teriam eoque evahi, ut cogitationis sit capax. Ergo cogitatio potest esse a materia.

Resp. neg. ant. Deus enim, ut fert tritum Philosophorum animam, rerum essentias ab aeterno ab ipso constitutas neutiquam immutare potest; sic enim sibi et ipsi contrarius videretur; unde efficere non potest, ut quod suapte natura materiale est, simul sit spiritale; id autem eveniret, si materia cogitationis particeps fieret; enimvero quisque facile intelligit, id que ample satis hactenus ostendimus, cogitationem esse quid mere spiritale, nec quidquam ei cum re corporea esse commercii, sed necessariò a principio spiritali et omnino immateriali, quod mentem seu animam vocamus, proficisci debere.

Inst. Corpus à Deo usque eo evahi potest et subtile necnon agile fieri, ut aliud corpus penetrare valeat, quin istud detri- mentum patiatur, aut mutationem aliquam vel motum subeat: sic Christus, ut SS. Patrum sententia est, clauso Virginis Matris sua utero natus est; et, ut habetur Joan. c. 20. v. 19. et 26. Januis clausis intravit ad Discipulos suos, statitque in medio eorum; id ipsum de corporibus gloriosis unanimiter docent Theologi. Ergo non repugnat, quòd materia è

neque evahi, et subtilis agilisque effici possit, ut cogitet seu cogitationis participans fiat. Prob. cons. Materia seu corpori non magis repugnat cogitatio, quam alterius materia seu corpori penetratio. Ergo p. Prob. ant. Impermeabilitas est de essentia materia seu corporis, sicut cogitatio dicitur esse de essentia mentis seu animae. Ergo materia seu corpori non magis repugnat cogitatio, quam alterius materia seu corpori penetratio. Nam idem negamus cogitationem posse esse à seu in materia vel corpore, quia cogitatio est quid vere spiritale, nihil commercium re corporea seu materiali aut extensione aut impermeabilitate ~~re corporis~~ ~~de essentia materia seu corporis~~ habens. Sed et impermeabilitas non minus est de essentia materia seu corporis. Ergo si nihilominus materia seu corpus aliud penetrare potest, poterit et cogitare, p.

Resp. 1.º Equidem communis sententia est, quod, praeter naturam materia seu corporis, corpus gloriosum, de quo apud Theologos, aliud penetrare dicitur, non tamen id contra corporis naturam sit, quamvis quâ ratione et quomodo id fiat, quamdiu in hac mortali vita fuerimus, haud satis intelligere valeamus; id dumtaxat novimus, quod tunc corpus agat in aliud corpus, nec unum idemque efficiantur sed utraque distincta maneat. inde tamen ventiquam sequitur materiam seu corpus cogitare seu cogitationis participans etiam esse posse: sic enim materia seu corpus spiritale seu verus spiritus efficiatur, prout patet ex priori ad objectionem responsione; quod contra naturam materia seu corporis est: ut ut enim fingatur materiam seu corpus ita dividi, attenuari, et subtila fieri posse; ut nullo sensu apprehendi possit, tamen semper erit materia seu corpus, nec unquam eo evahi et perduci poterit, ut spiritus fiat, atque cogitationis, quae, ut jam crebro dictum à nobis est, quid vere spiritale sonat, participans efficiatur. Unde neg. cons.

ad id, quod additur, scilicet impermeabilitatem esse de essentia materia seu corporis; id equidem verum est in opinione recentiorum Epicureorum seu gassenditarum, qui, ne vacuum suum seu inane expansum, quod in longum, latum, et profundum extensum esse in eorum natura statuant, simul corpus esse fateri cogantur, essentiam corporis in impermeabilitate praecipua constituent; declinant tamen se juxta naturae leges dumtaxat hic loqui, nec examinare seu scrutari velle, quid Deus, quippe cuius tota ratio facti, ut ait S. Augustinus, est voluntas agentis, praeter has leges facere possit aut velit; et proinde ultro concedunt corpori glorioso nullam materiam seu corpus esse impermeabile, licet respectu ceterorum sit impermeabile, nec proinde essentiam suam mutet. Unde juxta ipsos huius Dist. ant. Impermeabilitas est de essentia corporis, si ad naturae leges attendatur, et respectu alterius corporis non gloriosi, con. respectu alterius corporis gloriosi et praeter huiusmodi naturae leges neg. ant. p.

Resp. 2.º Quidam negant corpus etiam gloriosum aliud corpus minus penetrare posse, bene autem istud illi cedere atque ab illo removeri posse, experimento aeris, qui, quamvis corpus sit, tamen

lingulis panis momentis altari corpori locum cedit; sic etiam potuit Chris-
 tus; amio clausis intrare ad Apostolos, quin tamen corpus aliquod pene-
 traret, sed istud ei cederet duntaxat; idem quoque de quolibet
 corpore glorioso dicendum venit. Quod autem SSi Patres dicant,
 eundem Dei filium clauso Virginis Matris huius utero natum fuisse; id
 de eius conceptione intelligendum videtur, quod ab illa sine ullo
 viri alienius commercio, ac proinde clauso utero conceptus fuerit;
 non vero quod ex utero proterus clauso prodierit; nisi etiam dicere
 velimus, secundinas quoque clauso utero effusas fuisse, quod satis
 inconueniens videtur. Certe SSi Patres saepius natiuitatis et con-
 ceptionis Christi nomina inter se confundunt, hancque natiuita-
 tem appellant. Igitur Christus clauso, id est, a nemine vi-
 rum apertis utero conceptus vel etiam, si maris, natus est et
 hunc asperit. Unde iuxta ipsos neg. ant.

Ob. 13^o contra Conus. 4^{am} Si anima essentialiter semper actu ~~100~~ ~~100~~ 101.
 cogitaret, tunc esset actus purus. Absurdum consequens. Ergo anima
 seu mens non semper cogitat, proinde actualis cogitatio non est de
 eius essentia.
 Resp. dist. maj. Si anima essentialiter semper actu cogitaret inde-
 pendentem a sui causa productiva esset actus purus, con. Sicut, neg.
maj. p. Anima autem, cum non sit nec existat nisi dependentem a
 Deo, nec nisi dependentem ab eo cogitet, utique, antequam existeret,
 in potentia ad existendum et cogitandum fuit; et proinde non est actus
 purus.
 Inst. Operari sequitur esse. Ergo actualis perpetua cogitatio seu ope-
 ratio non est de essentia anima.

Resp. dist. ant. Operari sequitur esse, nisi operari sit ipsum esse, con.
 Si sit ipsum esse, neg. ant. p. Vivere autem seu operari in anima est
 ipsum esse, quod si ab ea huiusmodi, nihil actu in ea remanebit.
 Ob. 14^o Mens seu anima in dormientibus non cogitat. Ergo cogi- ~~100~~ ~~100~~ 102.
 tatio actualis seu perpetua vel continua non est de eius essentia.

Resp. neg. ant. Nam nihil nobis in somno audivit, quod dixit aut
 uiderit saltem ab anima non fiat, et eius consui non sumus: et
 licet anima nostra somni tempore negligentius cogitet, ea tamen
 omni cogitatione destitui existimanda non est.
 Inst. 1^o Si id verum esset, deberemus illarum cogitationum memi-
 nisse. atque hoc non evenit. Ergo p.

Resp. neg. seq. maj. aliud est enim nos consui esse cogitationum nos-
 trarum, et aliud earum in posterum recordari seu meminisse. Singu-
 lis diebus mille et mille cogitationes habemus, quarum tamen nullam
 seruamus memoriam; plus quippe requiritur, ut rei alienius recorde-
 mur, quam ut eundem consui sumus; ut enim, quamdiu Mens corpo-
 ri coniuncta est, recordemur, requiritur, ut illius species in nostro cere-
 bro aliqua vestigia relinquant, ad qua postea nos reflectendo recorde-
 mur; ex quo fit, ut tot diuersa impressiones confundantur, ac se
 se mutuo deleant, sicque illius rei non amplius recordemur, p.

Inst. 2^o Saltem infantes in utero materno non cogitant. Ergo p.
 Resp. neg. ant. Nam dubium non est, quin infantes in utero ma-
 ternis multas habeant cogitationes, illorumque mens in idem ca-
 loris, doloris, p. quae ab unione seu conjunctione illius cum corpore
 proficiuntur, occupatur, quamvis eorum, qua tempore illo cogitare-
 rint, postea non recordentur; quia illorum cerebro nulla inui-
 rosunt eiusmodi vestigia, quod molius sit nec satis tenae.

Inst. 3^o Si infans in utero materni cogitat, se ipsum nosse debet. atqui falsum consequens. Ergo p.

Resp. dist. seq. maj. Se ipsum nosse debet exercitâ quâdam cognitione, conc. reflexâ cognitione neg. seq. maj. p. Licet mens infantis tanelli adhuc corporis motibus agitata ad se ipsam reflexâ quâdam cognitione nequeat attendere, tamen sua cognitionis et existentia sibi conscia est, atque se ipsam sentit. Vid. metaph. loc. cit. n. 144.

103^o 2^o 2^o

Ob. 1^o Non repugnat Mentem interdum à cogitatione quiescere, quemadmodum corpus interdum à motu quiescit. Ergo verisimile est, mentem non semper cogitare, proinde cogitationem actualem non esse de ejus essentia.

Resp. neg. ant. et part. Disparitas est, quod nec motus, nec quies, aut essentiam corporis ~~minime~~ pertineant, sed tantum sint illius modi, si que perinde sit live moveatur live quiescat. At menti cogitatio est omnino essentialis, nec illa sine istâ unquam existere aut conipi valet; aufer enim Menti cogitationem, et si omne suum esse detraheri, ipsaque in nihilum abit, ut qua definitur Substantia cogitans, p.

Exercitatio Septima

Ad c. 3. part. 2. Metaph. 5. 3. n. 156.

An Intellectus et voluntas tum ab animâ seu mente, cujus sunt facultates, tum inter se distinguantur realiter.

104^o 2^o 2^o

Conclusio. Intellectus et voluntas nec ab animâ seu mente, nec inter se realiter distinguuntur.

Prob. 1^a pars. Si Mens nostra citrà realem aliquam distinctionem Intellectus et voluntatis numeribus defungi potest, tunc Intellectus et voluntas realiter ab ipsâ non distinguuntur. Atqui sola mens functiones, seu munera Intellectus et voluntatis citrà realem aliquam distinctionem, quo inter ipsam et has binas facultates suas intorcedat, & potest obire. Ergo p. Prob. min. Anima seu mens per se cogitat. Atqui cogitare est intelligere et velle. Ergo p.

Prob. 2^a pars. Intellectus est realiter ipsa mens, quatenus intelligit; et voluntas est eadem mens, quatenus vult. Ergo inter se non distinguuntur realiter, quia nihil realiter à se ipso distinguitur.

Solvuntur Objectiones.

105^o 2^o 2^o

Ob. 1^o Illa potentia sunt realiter distincta, quarum objecta in ratione seu in esse objecti sunt diversa. Atqui objecta Intellectus et voluntatis sunt hujusmodi: Objectum enim Intellectus est verum, voluntatis vero bonum. Ergo p.

Resp. 1^o neg. maj. nam potentia non specificantur ab objectis sed ab actibus. Deinde si id verum esset, tunc idem intellectus deberet à se ipso distingui, quia diversa objecta percipit, modo naturalia, modo supernaturalia.

Resp. 2^o neg. min. Nam idem ens est verum et bonum; proinde objectum Intellectus et voluntatis proprie diversum non est.

Inst. Juxta datam primam responsionem potentia specificantur ab actibus. Atqui actus Intellectus et voluntatis sunt diversi. Ergo p.

Resp. dist. maj. Potentia specificantur ab actibus adaequatis, conc. ab actibus inadaequatis, neg. maj. p. Actus autem Intellectus